



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 118. Augustani Cardinalis epistola circa idem argumentum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1560.

§. CXVIII.

*Augustani Cardinalis epistola circa  
idem argumentum.*

*Pallav. n. 19.* Nuntius hæc Cæsaris postulata, ac  
difficultates ad summum Pontificem  
transmittebat, unacum literis Augu-  
stani Cardinalis, qui apud Imperato-  
rem magna valebat auctoritate, isque  
significabat, quod consilia a se proposita  
decerpsit e variis documentis magno-  
rum virorum, studioque Religionis  
præstantium. „His addidit: duo qui-  
„dem a Cæsare sunt efflagitata, nimi-  
„rum usus calicis, & Sacerdotum Ma-  
„trimonia: attamen ante Synodum ea  
„concedenda non esse, nec ad eam ce-  
„lebrandam festinandum arbitror: ta-  
„met si Gallus id petat, cum oporteat  
„prius Catholicos Principes in unum  
„probe coalescere, ut ipsorum præsen-  
„tia, viribusque Concilium robur acci-  
„piat: præcipue id agendum est a Ger-  
„manis Principibus in præcedenti quo-  
„dam conventu, ubi Protestantes ad id  
„compellantur, & simul Catholici inter  
„se coeant, nam aliter Concilium de-  
„spicatur, furorique hostium exponetur:  
„insuper immoto consilio in solius Tri-  
„dentinæ Urbis selectu minime perfi-  
„stendum censeo, ne subito in obstacula  
„impingatur: nam eligi poterit Colum-  
binum

„binum, vulgo Colmar, Urbs libera in Sæcul. XVI.  
 „Alfatia, a Belgio, Burgundia supe- A.C. 1560.  
 „riori, & Lotharingia haud longe di-  
 „stans, quæ etiam Tridento duplo am-  
 „plior, atque regionibus Catholicis, &  
 „pene cunctis Austriacis undique cir-  
 „cumsepta est, & ob Rheni propinqui-  
 „tatem, fertiliumque Provinciarum,  
 „commeatu & omni re abundat.„

§. CXIX.

*Pontificis anxietas circa difficultates a  
 Cæsare propositas.*

Porro ex hisce scriptis haud obscure  
 animadvertabat Pontifex, quod sibi  
 proponerentur ejusmodi conditiones,  
 quæ ad alliciendos hæreticos specieter-  
 nus peropportunæ viderentur, Catholi-  
 cis vero oppido periculosæ forent, cum  
 decreta a Concilio jamjam definita novo  
 examini subjici postularetur, ac proin-  
 etiam deinceps condendæ sanctiones  
 pari fatio exponerentur: quapropter cum  
 Antonio Amulio Reipublicæ Venetæ  
 Legato, in cujus opera plurimum fi-  
 debat, hac de re conferens sæpius tam  
 publice, quam privatim cum eo agebat,  
 eidem exponens: „Videtur, quod Prin-  
 „cipes velint, & nolint celebrari Con-  
 „cilium: expetuntur enim a Gallis con-  
 „ditiones, quæ plane videntur a Prote-  
 „stantibus dictatæ, atque Hispaniæ Rex